



## DISPUTATIO XV.

DE SACRAMENTIS  
in genere.

## THEISIS I.

**E**cclesiæ, hisce in terris militantis na-  
turam & conditionem in genere nuper nostra  
expendit Confessio: nunc in specie, Bona ac  
thesauros, qui ipsius fidei sunt concreti, Metbodo  
convenientissima considerat.

2. Bonorum istorum appellatione. præter alia  
beneficia, quibus suam Ecclesiam Salvator libera-  
lissimè dotavit, cum primis duo illa Novi Testa-  
menti veniunt Sacra menta, Baptismus nimirùm  
& Cœna Domini: quorum hoc Confirmationis, it-  
lud Initiationis haud perperam appellari, usu re-  
ceptum est.

3. Nihil verò prohibet, quô minus speciali sin-  
gulorūm istorum Sacramentorum explicationi,  
brevem quandam de Sacramentis in genere consi-  
deratis, tractationem præmittamus.

4. Facit huc haud parùm, Articulus Confessio-  
nis nostræ XIII, quem de usu sive finibns Sacra-

Ff 3

men-